

D.RADVLPHI

A R D E N T I S
PICTAVI, DOCTORIS
THEOLOGI PERVENTI QVI, IL-
lustriss. Aquitaniæ ducis Gulielmi huius
nominis quarti, concionatoris disertiss.
in Epistolas & Euangelia Dominicalia,
Homiliæ, ecclesiastis omnibus anima-
rum curam gerentibus plurimùm
necessariæ, & ante annos pro-
pe quingentos ab aucto-
re conscriptæ, nunc
primum in lu-
cem edi-
tæ.



P A R I S I I S,

*Apud Claudium Fremy, via Jacobæa,
ad insigne D. Martini.*

1564.

Cum Priuilegio Regis.

REVERENDO

PATRI IOANNI CO-
quio, Abbatι Morimundi, ac do-
ctori theologo Parisiensi, Claudius
Fremy, salutem & pacem per chri-
stum exoptat.

Om pertū habes (abbas prudentissime) quantus his nostris deprauatis temporibus scripturientium sit pruritus, quāntaque scribēdi luxuries & affectatio , vt magis de religione nostra Christiana, eos mereri existimē, qui antiquorum patrū libros diuinō spiritu afflatos, carie & vetustate consumptos, transcribunt, repurgant, emungunt, suo candori restituūt , atque in lucem curant emittēdos, quam istos, qui philautiæ spiritu rapti, non sine

Dominica prima Ad- uentus.

Hora est iam nos de somno surgere &c. *Roma. 13.*
His verbis, fratres charissimi,
hortatur nos apostolus, ut ad se-
cundum filij Dei aduentum præ-
paremur. Duo quippe sunt eius
aduentus visibles: primus præteriit, secundus
venturus est. Primus fuit in humilitate, secun- *Duo Chri-*
dus erit in maiestate. Primus fuit occultus, se- sti aduen-
cundus erit apertus. Primus misericordiæ fuit: *tus.*
secundus erit iustitia. In primo venit iudican-
dus: in secundo veniet iudicaturus. In primo
venit vocare peccatores per misericordiam: in
secundo veniet reddere vnicuique quod me-
ruit per iustitiam. **A**d hunc ergo vigilâter expe-
ctandum exhortatur nos Apostolus hoc modo.
Primò monet nos surgere a somno: Secundò
subdit causam quare citò surgendum sit. Ter-
tiò ostendit quomodo ab isto somno surgatur.
Monens ergo nos surgere, ait: *Hora est iam nos de somno surgere.* In quo fratres considerâdū no-
bis est, quis sit iste somnus, & quæ sit hora sur-
gendi. Est autem somnus triplex: Primus est na-
turæ, secundus mortis, tertius peccati. De pri- *Somnus*
mo dicit poëta: *Quod caret alterna requie, du-* *triplex na-*
rabile non est. De secundo dicit Apostolus, *turæ, mor-*
Nolo vos ignorare, fratres, de dormientibus, *ris, & pec-*
ut non contristimini sicut & cæteri qui spem *cati.*
non habent. vocás mortuos dormientes: quo- *Corpora*
niam deo non pereunt corpora nostra moriē- *nostram.*

A